

Raymundus Paguti Civis Albiensis

Anno domini millesimo trecentesimo, quarto kalendas aprilis Raymundus Paguti civis albiensis, constitutus in iudicio coram reverendo patre in Christo domino B. divina providencia episcopo albiensi, et venerabilibus ac religiosis viris fratribus Nycholao de Abbatis Villa et Bertrando de Claro Monte de ordine fratrum predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatis, iuratus super sancta quatuor dei evangelia dicere meram et plenam veritatem super facto heresis de se ut de principali et de aliis vivis et mortuis ut testis nec celare veritatem nec immiscere falsitatem amore, gracia, odio, timore vel favore, diligenter interrogatus dixit quod duo anni possunt esse et amplius ut sibi videtur de tempore quadam die de qua non recolat, Raymundus Augerii duxit ipsum testem ad columbarium magistri Raymundi [XL r^o] Calverie, et cum eis ivit Iohannes Bauderii iunior. Et quando fuerunt in domibus dicti columbarii dictus magister Raymundus in adventu dedit eis comedere et bibere. Deinde ostendit eis Raymundum del Boc et Raymundum Desiderii hereticos, quos eduxit de quadam alia domo ab illa qua comederant, de domibus tamen eisdem columbarii. Et dixit ipsi testi dictus magister Raymundus Calverie quod duo heretici predicti erant boni et sancti viri et magnum bonum et magnum utilitas proveniret ipsi testi de familiaritate et amicitia eorumdem. Et tunc ipse testis ad hoc inductus per dictum Raymundum Augerii, et omnes alii proximo nominati adoraverunt dictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Requisitus de tempore, die, loco et astantibus dixit ut supra. De hora dixit quod post prandium fuit.

Item dixit quod a duobus annis citra vel etiam tempore ampliori ut sibi videtur de tempore vidit ipse testis dictos hereticos in domo Ysarni Colli quodam sero tarde. Et fuerunt ibidem presentes cum eis ipse testis Lambertus de Foyssens, Ysarnus Colli, Ysarnus Raynaudi et P. Fransa. Postquam ipse testis eadem nocte cenasset cum aliis personis proximo nominatis in dicta domo Ysarni Colli. Tunc ipse testis et alii predicti proximo adoraverunt predictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Requisitus de tempore, hora, loco et astantibus dixit ut supra.

Item dixit quod duo anni possunt esse vel circa ut sibi videtur de tempore, Bernardus Casas rector hospitalis Sancti Iacobi albiensis dyocesis in die professionis sue invitavit ipsum testem et multos alios cives albienses ut illa die comederent cum eo in hospitali predicto. Et dum ipse testis post prandium vellet recedere Bernardus Casas predictus secreto vocavit ad quandam cameram dicti hospitalis ubi erant Raymundus del Boc et Raymundus Desiderii heretici predicti ipsum testem, Berengarium Brosa, Raymundum Augerii, Guillelmum Rabastens, G. Torayl, P. Fransa, P. Rigaudi, G. Fenassa claudum. Tunc Raymundus Augerii dixit ipsi testi quod dicti duo heretici erant

Raymond Pagut, citoyen d'Albi

En l'an du Seigneur 1300, le quatre des calendes d'avril¹, Raymond Pagut, citoyen d'Albi, placé judiciairement devant le révérend père en Christ et seigneur Bernard, par la divine providence évêque d'Albi, ainsi que les vénérables et religieuses personnes, Frères Nicolas d'Abbeville et Bernard de Clermont, de l'ordre des frères Prêcheurs, inquisiteurs de la dépravation hérétique, délégués dans le royaume de France par autorité apostolique, a juré sur les quatre saints évangiles de Dieu, de dire l'entière et pleine vérité en matière d'hérésie, sur lui principalement comme sur les autres, vivants et morts, comme témoin, ni celer la vérité, ni insérer une falsification par amour, grâce, haine, crainte ou faveur. Diligemment interrogé il a dit que, il peut y avoir deux ans et plus², à ce qu'il lui semble pour l'époque, un jour qu'il ne se rappelle plus, Raymond Augier emmena le témoin au colombier de Maître Raymond Calvière, et Jean Baudier, le jeune, alla avec eux. Quand ils furent dans les dépendances dudit colombier, ledit Maître Raymond leur donna à manger et à boire dès leur arrivée. Ensuite, il leur montra Raymond Delboc et Raymond Didier, hérétique. Il les fit sortir d'une autre dépendance que celle dans laquelle ils avaient mangé, mais d'une dépendance du même colombier. Ledit Maître Raymond Calvière dit au témoin que les deux hérétiques susdits étaient des bons et saints hommes, et que le témoin retirerait un grand bien et un grand profit de leur fréquentation et amitié. Alors, le témoin persuadé par les propos dudit Raymond Augier, ainsi que toutes les autres personnes susnommées, adorèrent lesdits hérétiques, genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques. Requis de dire l'époque, le jour, le lieu et les personnes présentes, il a dit comme au-dessus. Sur l'heure il a dit que c'était après le déjeuner.

De même, il a dit que, il y a plus ou moins deux ans³, à ce qu'il lui semble pour l'époque, le témoin vit lesdits hérétiques dans la maison d'Ysarn Col, un soir, tard. Y furent présents avec eux : Le témoin, Lambert de Foix, Ysarn Col, Ysarn Raynaud et Pierre France. Après quoi, le témoin dina cette nuit dans ladite maison d'Ysarn Col, avec les autres personnes susnommées. Alors, le témoin et les autres personnes susnommées adorèrent les susdits hérétiques, genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques. Requis de dire l'époque, l'heure, le lieu et les personnes présentes, il a dit comme au-dessus.

De même, il a dit que, il peut y avoir deux ans environs⁴, à ce qu'il lui semble pour l'époque, Bernard Cazes, recteur de l'hôpital Saint-Jacques, du diocèse d'Albi, le jour de sa profession, invita le témoin et beaucoup d'autres citoyens d'Albi pour qu'ils viennent manger ce jour avec lui dans l'hôpital susdit. Alors que le témoin voulait rentrer chez lui après le déjeuner, le susdit Bernard Cazes appela en secret dans une pièce dudit hôpital, où se trouvaient Raymond Delboc et Raymond Didier, hérétiques susdits, le témoin, Bérenger Brousse, Raymond Augier, Guillaume Rabastens, Guillaume Toral, Pierre France, Pierre Rigaud et Guillaume Fenasse, le boiteux. Alors, Raymond Augier dit au témoin que lesdits deux hérétiques étaient

¹ C'est-à-dire le 28 avril 1300.

² C'est-à-dire, avant l'an 1298 de ce calendrier qui fixe le nouvel an à pâques, ce qui correspond, selon notre calendrier à la période située avant le 6 avril 1298. Soit probablement au début de l'année 1298.

³ C'est-à-dire, dans l'année 1298.

⁴ Ibid.

boni homines et tenebant vitam apostolorum et magnum bonum et magna utilitas poterat inde venire ipsi testi et omnibus aliis qui crederent eis. Tunc ipse testis ad induccionem et informacionem dicti Raymundi Augerii ac Bernardus Casas et omnes alii proximo nominati adoraverunt dictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Requisitus de tempore, loco, hora et personis dixit ut supra.

Item dixit quod circa festum Beati Michaelis proximo preteritum fuit annus ut sibi videtur de tempore quodam sero tarde vidit ipse testis Raymundum Desiderii hereticum supradictum in domo Lamberti de Foyssenx. Et fuerunt ibi presentes cum eo ad visionem dicti heretici ipse testis, Lambertus de Foyssenx. Et fuerunt ibi presentes cum eo ad visionem dicti heretici ipse testis, Lambertus de Foyssenx predictus, Ysarnus Colli, P. de Rayssaco, Ysarnus Raynaud et Guillelmus de Landas iunior. Tunc ipse testis et omnes alii proximo nominati adoraverunt dictum hereticum flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Requisitus de tempore, hora, loco et astantibus [XL v^o] dixit ut supra. De die non recolit. Requisitus si a quacumque persona quolibet modo fuit inductus, instructus sive informatus ad deponendum predicta sive aliquid predictum vel nominandum specialiter aliquam personam de predictis dixit quod non set solum predicta deponit et confitetur quia puram continent veritatem et propter exoneracionem et salvacionem anime sue.

Hec deposuit anno et die predictis apud Albiam in domo episcopali coram domino episcopo et inquisitoribus supradictis. In presencia et testimonio religiosi viri fratris Falconis de Sancto Georgio prioris albiensis conventus fratrum predicatorum, venerabilium virorum dominorum P. de Rossono prepositi ecclesie albiensis, Poncii de Sancto Iusto archidiaconi lumberiensis in predicta ecclesia, fratrum Raymundi Gondolini, Arnaudi Helye sociorum dictorum dominorum inquisitorum, discretorum virorum dominorum Guillelmi Sicredi officialis curie albiensis, Nycholay de Podio Fulconis rectoris ecclesie de Affiaco dyocesis albiensis, Iacobi de Bononiaco rectoris ecclesie de Caunetis dyocesis carcassonnensis, et magistri Guillelmi Raymundi de Alayraco canonici ecclesie Sancti Affrodisii bitterrensis, publici officii inquisitionis heretice pravitatis auctoritate sedis apostolice notarii, ac mei Bertrandi Vidille publici in tota senescallia carcassonnensis et bitterrensi domini regis et dicti domini episcopi in civitate et dyocesi albiensibus notarii. Qui prefati duo notarii predictis omnibus interfuimus et de mandato dictorum domini episcopi et inquisitoris hec scripsimus et recepimus.

des bons hommes, qu'ils observaient la vie des apôtres et que le témoin ainsi que toutes les personnes susnommées pouvaient en retirer un grand bien et un grand profit. Alors, le témoin sur la persuasion et l'instruction de Raymond Augier et de Bernard Cazes, ainsi que toutes les autres personnes susnommées, adorèrent lesdits hérétiques, genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques. Requis de dire l'époque, le lieu, l'heure et les personnes présentes, il a dit comme au-dessus.

De même, il a dit que vers la dernière fête du Bienheureux Michel, il y a un an⁵, à ce qu'il lui semble pour l'époque, un soir, tard, le témoin vit Raymond Didier, hérétique susdit, dans la maison de Lambert de Foix. Y furent présents avec lui pour voir ledit hérétique : Le témoin, Lambert de Foix, Ysarn col, Pierre de Rayssac, Ysarn Raynaud et Guillaume de Landes, le jeune. Alors, le témoin et toutes les autres personnes susnommées adorèrent ledit hérétique, genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques. Requis de dire l'époque, l'heure, le lieu et les personnes présentes, il a dit comme au-dessus. Sur le jour, il ne s'en rappelle plus. Requis de dire si par une personne, par une quelconque manière, il fut persuadé, instruit ou suborné à déposer une ou plusieurs choses susdites ou à nommer spécialement une des personnes susdites, il a dit que non, mais qu'il le dépose et le confesse seulement parce que c'est la pure et entière vérité et qu'il le fait pour en soulager et sauver son âme.

Il fit cette déposition dans l'année et jour susdits, devant le seigneur-évêque et les inquisiteurs susdits, à Albi, dans la maison épiscopale. En présence et avec le témoignage des religieuses personnes, Frère Foulque de Saint-Georges, prieur du couvent des frères Prêcheurs d'Albi, des vénérables personnes, Messeigneurs Pierre de Rosson, prévôt de l'église d'Albi, Ponce de Saint-Just, archidiacre de Lombers dans la susdite église d'Albi ; des Frères Raymond Gondolon et Arnaud Hélye, compagnons desdits Messeigneurs inquisiteurs ; des distinguées personnes, Messeigneurs Guillaume Sicre, officier de l'administration judiciaire d'Albi, Nicolas de Puy Fulconis, recteur de l'église de Fiac, du diocèse d'Albi, Jacques de Bononiac, recteur de l'église de Caune, du diocèse de Carcassonne, et Maître Guillaume Raymond d'Alayrac, chanoine de l'église Saint-Aphrodise de Béziers, par autorité du siège apostolique notaire public de l'office de l'inquisition de la dépravation hérétique, et de moi, Bertrand Vidille, notaire public de Monseigneur le roi, dans toute la sénéchaussée de Carcassonne et de Béziers, et dudit seigneur-évêque, dans la cité et le diocèse d'Albi. Nous, les deux notaires susnommés, fûmes présents à tout, et, sur le mandat des-dits seigneur-évêque et inquisiteurs, nous l'avons écrite et approuvée.

⁵ C'est à dire, vers le 29 septembre 1299.